2 Texte

Morgenstern 1508
(fehlt d. Titel)
Antonius de Bleny
1508

PERKINS LIBRARY

Duke University

Mary Duke Biddle
Endowment

Rare Books

Tractatus sacerdotalis de sacramētis deq3 diuinis officiis: et eorū administratiōibus.

Prologus

Edice m cura teipsum Luce.xvij.capi. Sicut ait Grego. pma parte sui pastoralis capitulo secūdo Quis aūt cogitationū vulnera occultiora nesciat esse vulneribus viscerum. Nimirum videtur medicum spiritualez multo subtiliorem debere fore medico corporali. qui vt bene curet vicia: multa peritia opus habet. presertim vt vim pigmentorum spiritualium considerās prius q̄z ceteros curare desideret: circumquaqz regulas medicine cognoscat. Alioquin si artis spiritualis imperitus z in se ipso ignorantie confossus vulneribz alios mederi properet: audire nō imerito merebit medice cura teipm. Magna q̄ppe stultricia ē: vt idē ait Grego. si aliqs alios mederi ppat q̄ z ipe in facie vulnꝰ portat. Et maxia plane demētia est vt inq̄r in pastorali.c.ij. dū hi q̄ neque q̄z precepta spūalia cognouerunt: cordis se medicos pfiteri nō metuunt. dum q̄ pigmentorū vim ne scīūt videri medici carnis erubescūt. Recte igit cuilibet taliū dicitur. medice cura teipm. Quos igit medicos cordium appellare ad presens melius conuenit q̄z curatores animarum ipsos videlicet rectores ecclesiarum qui bus ille thesaurus est traditus pro quo non parcet deus paret qui proprio filio suo non pepercit. vt dicitur ad Romanos. octauo capitulo. Quibus etiam ille vulneratus qui incidit in latrones curandus fouendusqz a samaritano relictus est. Luce.x. capitulo. Unicuiqz enim ipsorum dicitur. Curam illius habe. Et rursus deus per prophetā. Custodi virum istum. qui si lapsus fuerit: anima tua erit p anima ipsius. Porro domin⁹ per Ezechielem tertio z tricesimo tertio capitulo. comminatur cuilibet curatori dicens. Sanguinem eius de manu tua requirā. quasi diceret. quia vita z mors subditorum posita est in manu prelatorum. Unde dicitur Judith octauo capitulo. Ex vobis pendet anima illorum. Hac ita qz sentētia commonitus quisqz prelatorum z rectorum penset periculum sui regiminis: z arte doctrinamqz discat spiritualis curationis: quatenus in se ignorantie curare possit vulnera. z in subditorum cordibus per sanā doctrinam z salubrem penitentiam sciat sanare contagia delictorum. Ne (quod absit) dum sanandi regulas nesciat: z ad sanandum commissos subditos festinet: iuste sibi obijci audiat de eisdem. Medice cura teipsum. Recte nāqz plato ignorāti dicit vt prius in se sufficiēte ar

tem curādi spūaliū morborū habeat q̄z emplastrū sanādis vulneribꝫ adhibeat. Nā vt ait Bñ. i regi. Clerecū duz ē t dicere puder q̄ sacerdotes ducatū arripiunt q̄ exordiū religiose vite non nouerūt. Licz i q̄busdā catholicis mysteriꝫs ignorātia tolerāda fozet. eo q̄ i pleriſq̄ meli⁹ est velare q̄z enudare. In q̄busdā etiā iuxta Augusti. in li. de ꝥbis dñi meli⁹ est fidelis ignozantia q̄z temerata sciētia. In ecclīasticis tñ ministeriꝫs ordinādis dispondisq̄ oīno dānabile ē. De q̄bꝫ ē illud ꝥbum apli. i. ad Thor. xiij. Si q̄s aūt ignozat ignozabitur. Ordis nāq̄z ignozātia: q̄ videliz ordīe q̄cq̄d agendū ē in eccl'ia cōturbat negocioz naturā formā q̄z meritoz. Nam statutis facere iniuriā vl' ꝓtraire nō est itelligere: siz errare. vt inq̄t Amb. super Btū imacl'ati. Hinc ē q̄ dñs rexq̄rit serū prudentē quē cōstituit sup familiā suā. Matt. xxiij. Prudentē dixero. vt sciat q̄ ordine: quo sensu: quo modo: quo fine q̄cquid gerendū sit. Alioq̄n sic cec⁹ ceco ducatū pstet. nonne ambo i foueā cadūt. Marc. xv. Nō em cec⁹ cecū ducere pt. sic nec idiscret⁹ plat⁹ subditū idiscretū pōt p viā ducere salutis. Et q̄m his pcl'osis tēpoꝛibꝫ in plurib⁹ eccleſijs ꝓtra sctā istitutā i administrādis sacramētis: q̄ sunt istrumēta spūalis curatōis pleroſq̄ nō tā errasse q̄z variasse circa eadē cognouim⁹. adeo vt ꝥa sit illa rabanēsis sentētia. Cōmune est medicoz sp̄ circa egrītudies variare. Cūm si tres vl' q̄t tuoz medici venīūt ad infirmū nunq̄z i assignatōe vl' exhibitione cure ꝓueniūt. Dec ille. Et h̄ idē q̄z vez sit heu nr̄is tpib⁹. res fidelib⁹ subiecta popul' q̄tidiana experientia clari⁹ manifestat. Profecto si q̄dem cū aliq̄ sacramentoz administrādū sit i eccl'esia dei. vir dyocesis tori⁹ cler⁹ in ip̄o ritu t canonice tradēdo concordat aut cōuenit. Sed nūc in hac eccl'ia hic addit. i alia ille minuit. Ille p̄ponit postponēda. ille postponit p̄ponēda. Ille b̄dictionē psuadet. ille nequaq̄z asserit. Ille corrigit libū ranq̄z deuiū t erroneū. Ille corrigit correntē tāq̄z ignaz. Sic plati mutua discrepatiōe collidētes: nō sine graui scādalo aīos subditoz in ꝓfusiōis labyrinthū p̄cipitāt t demergūt. Porro nos stanislaus dei t ap'lice sedis gr̄a ep̄us posnoniēsis paterna sollicitudine pastoralis officij excitati inter tot fluctuagos excursus viā cupiētes ostendere certioz: p̄ntem tractatū de amministrādis rite eccl'esiastic⁹ sacramētz celebrādisq̄ missaz solēnijs t cēsuris eccl'iasticis canonice obſuādis p venerabilē viz mgr̄m Nicolaū de ploue decretoz doctorē capellanū nostrū deuotū fideliter collectū t plena discussiōe masticatū

de fratrū nr̄oꝝ posnoniensis capituli ꝓsilio ⁊ assensu p̄uia deliberatōe app̄batū: omnib⁹ ⁊ singul' rectoribꝫ eccl'iaꝝ parochiali um habendū ⁊ tenendū ad vnguē pfecte p̄cipimus ⁊ mandamus. volētes fm ip̄m in administrād̄is sacramētis celebrandis officijs: cēsuriscꝫ obseruād̄is oēs ⁊ singl'os dirigi ⁊ gubnari. Statuētes q̄ si (qđ absit) quispiā p archidyaconū nr̄m aut p testes nr̄os synodales tēpore visitationis reptus fuerit q̄ fm dictū tractat⁹ formā modū ⁊ dispositionē se nō gesserit in oīb⁹ supradictis aut q̄ eundē nō habuerit p manib⁹ penā synodalē iremissibiliter ꝓsoluendā p prima vice se nouerit incursurū. p alijs vo vicibus ad arbitriū nostrū de cetero puniendum

De sacramentis in genere.

Quoniam

q natura humana post lapsum ꝓsiderata sub alligatōe pcī maxime eget grā dei p quā ab illa infectione pcī purget: ⁊ ad statū originalē iusticie reducat. iuxta illud. Oēs pec cauerūt ⁊ egēt grā dī. ad Ro. iij. ⁊. v. c. Talis aūt grā purgans infectionē in tribꝫ cōsistit: que vnicuiꝫ sunt necessaria ad salutem q̄ sunt fides: bona opatio: ⁊ fidei sacramēta. Hec aūt tria fm Hugonē de sacramētis li. i. parte. x. ita sibi cohereāt vt salutē effectū hīe nō possint si simul nō fuerit q: fides nec habet meritū si dū potest opari negligit. Juxta illd Jac. ij. Fides sine opib⁹ mortua est. Nec bonū opus aliq̄d est sine fide: sine q̄ impossibile est placere deo. ad Heb. xi. Et rursus fides opans hoiem sctificare nō sufficit si eā q̄ in sacramētis dei ꝓsistit sctificatiōez cōtēnit. Hec Hugo. Hīc est q̄ virt⁹ sacramēt oꝝ ecclesiasticoꝝ p salutari pfectu multū ē nob necessaria cū ipsa sint occasio ⁊ auxiliū nr̄m a pcō resurgēdi. ⁊ in ipis tota medicina nr̄is vulneribꝫ salutarē cōsistit. fm Tho. in cōpēdio theologice vitatis li. vj. c. j. nō q̄ in eis grā subiectualiter ꝓsineat. vl' causaliter p ea efficiat. cū in sola aīa habeat collocari ⁊ a solo deo infundi. sz q̄ illis ⁊ p illa illā grāz curatōis a summo medico Jhū xp̄o oporteat haurire. eo q̄ nō alligauit suā potētiam de⁹ sacramētis q̄n etiā p aliā viā grām ꝓferre valeat. fm mgr̄m sententiarū li. iij. dist. j. ꝓpter qđ de⁹ sanās ⁊ iustificās pcōrez iustificat ipsū auctoritatiue: sacramēta vero effectiue p gratiā i eis tanq̄ in vasis contentam

Quid sit sacrm ⁊ q̄t sint.

Licet aūt

l sacrm multis modis diffiniat. m̄ fm doc. cōmunē ꝓcordiā sic diffinit in lib. de doct. xp̄iana. Sacrm ē inui

sibilis gre visibilis forma: ita q eius similitudinē gerēs ⁊ cā existat Er q̄ diffinitōe habent differentie sacrōz veteriz ⁊ noue legis. Illa em̄ q̄ figurabāt nō efficiebāt. q; gram significabāt quā tm̄ nō efficiebāt Sacra noue legis fūt septē: baptismus: confirmatio: eucharistia: extrema vnctio: penitētia: sacer ordo: ⁊ mrimoniū. Ista aūt sunt tāq; sufficiētia p xpm ordinata ī remediū eccl'ie militantis. Sz circa h̄ cōsiderādū est. Primo q̄ q̄dam data sunt ī remediū vni⁹ psone. q̄daz ī remediū totī⁹ eccl'ie. Illa q̄ data sunt in remediū vni⁹ psone fūt triplicia. Quedā em̄ data sunt in remediū ad intrādū eccl'iam. s. baptism⁹. Quedā ad egressum de eccl'a: vt ē extrema vnctio. Quedā ad pgressum ī ea. ⁊ h̄ dupl'r. Uno mō ad executionē ꝑutis. videlz vt nō a malis supemur. ⁊ q̄tū ad h̄ ē confirmatio vl' vt bonis adheream⁹: ⁊ q̄tū ad h̄ est eucharistia. Alio mō ī reparatiōez virtutiz. q; ipm hoiem in pugna spūali aliq̄ mō cōtingit ledi: ⁊ sic est penitētia. Si aūt ī remediū totius eccl'ie: h̄ pt esse duobz modis. Aut ad remediū multiplicatiōis spūalis: ⁊ sic est ordo. Aut ad multiplicationē naturalē fideliū: ⁊ sic ē mrimoniū. q̄daz aūt etiā recipiūt nūez sacrōz ex assumptionē ꝑutū: vt fidei confessiō deat baptism⁹ q̄ est sacrm fidei. Spei extrema vnctio p quā preparamur q̄dāmō ad futurā gloriam. Charitati eucharistia. Pudētie ordo. Justicie penitētia. Tpantie mrimoniū. Et fortitudini confirmatio. Adaptātur etiā diuersis generibz culpaz. vicioz ⁊ penaz. vt baptism⁹ sit cōculpā originalē. Penitētia ꝓ actualē ⁊ mortalē. Extrema vnctio cōveniālē. Ordo cōignorantiā. Mrimoniū cōcupiscētiā. Confirmatio cōinfirmitatē. Eucharistia cōmaliciā: q; est sacrm charitatis q̄ se opponit malicie. Hec sctūs Tho. sup. iiij. sen. dist. ij. q. ij. Scdo credendū ⁊ cōsiderādū est q̄ sol⁹ de⁹ fuit institutor sacrōz. ⁊ q̄daz añ aduentū: vt mrimoniū ⁊ penitētiā sed hec duo confirmauit in nouo testamēto dñs pniam p̄dicauit: ⁊ nupcijs interfuit. Q; aūt dī q̄ Jacob instituit penitētiā. Jaco. v. Cōfitemini alterutrū pcā. vīa. nō est versile: q̄a pilla ꝑba nō intēdebat aliq̄d sacrm instituere sed pmulgare: cū nō fuisset auctoritas instituendi aliq̄d sacrm. apud Jacobū. Jtē extrema vnctio instituta ē Mar. vi. vbi legit̄ q̄ apli vngebāt egros multos ⁊ sanabātur. Cōfirmat aūt q̄ h̄ nō fecerūt ꝑutē pp̄ria: sed auctoritate ihū chr̄i illā virtuosam vnctionē instituētis pilla ꝑba Jaco. v. Infirmat q̄s ex vob̄ induc at p̄sbyteros ⁊c. Similiter mō intelligēdū est sicut de pnīa dictū est. s. q; pilla ꝑba vn-

ctionem ꝓmulgauit ⁊ docuit facienda: non aũt instituit. Itẽ ordo institutus est cum chr̃s dixit Matth̃. xxvi. Hoc facite i meã cõmemorationem. Et Joh̃. xx. Quoꝝ remiseritꝭ pcta. Nec emꝫ duo primẽt ad ordinẽ sacerdotalem. s. ptãs dimittẽdi pcta respectu corpis xpi mystici: ⁊ ptãs cõsecrãdi respectu corpis xpi veri. Nec Scotꝰ. Itẽ ꝓfirmatio instituta est ꝑ hoc ꝙ xpus imposuit manꝰ paruulis. Itẽ baptismus instituꝰ est ꝑ xpm qñ ipe se baptizari fecit a Joãne: ⁊ apl'is formã dedit dicẽs. Euntes i mũdũ vniuersũ ꝓdicate euãgeliũ: baptizãtes eos i no. p. ⁊ f. ⁊ s. s. Itẽ eucharistiã instituit i cena vltia: in q̃ apl'os cõicauit Tertio cõsiderãdum est ꝙ fm sctm Tho. sup. iiij. sñia. di. i. q. iij. ar. iij. Efficacia sacroꝝ ẽ ex trib̃. s. ex institutiõe diuina rãõe ex cã ꝓcipali agẽte ⁊ ex passiõe xpi sicut ex cã primaria meritoria ⁊ fide eccl'ie: sicut ex ꝓtinuatiõe instrumenti ꝓncipalit agẽtis. ⁊ h̃ est qđ dicit glo. sup illđ ad Ro. v. In sil'itudinẽ puaricatõis Ade. Qđ a latere xpi ꝓfluxerũt sacra per q̃ salnata est eccl'ia Quarto ꝓsiderãdũ ẽ ꝙ q̃daꝫ sacra sũt necessaria quedã volũtaria. i. q. c. remissionẽ. §. sz norandũ. Nã sacra necessitatꝫ sunt ista. Baptismꝰ: cõfirmatio: penitẽtia: ⁊ vltima vnctio coꝝpis xpi. Et dicũt sacra necessitatꝫ ideo. qa sine illis hõ nõ potest saluari si ex ꝓtemptu obmittãt ⁊ hñ pñt. Sacrm ꝙ baptismi in necessitate a q̃cũq; pt recipi: dũmõ in forma eccl'ie cõferat. de sum. tri. ⁊ fide catho. c. i. in fi. ⁊ d. ꝓse. di. iiij. a quodã. Et etiã penitẽtia. Nã ꝓfiteri possũ cuicũq; i necessitate. iuxta illud Cõfitemini alterutrũ pcta vra/nõ tamẽ hereticõ vel excõicato. Sacra ꝙ volũtaria sunt illa q̃ obmittere nõ ẽ peccatũ: q̃ dicũt sacra dignitatꝫ. i. q. i. §. sz notandũ. vt sũt ordines q̃a dignioribꝰ ꝓferunt. i. ab epis. vel q̃a nõ nisi digni ad ordines assumẽdi sunt. Itẽ mrimoniũ. sine hmõi sacris bñ possumꝰ saluari. xxij. q. iij. §. vl. ad finẽ. Nec oia habent i glosa. i. c. veniẽs. de transactionib̃.

De sacramento baptismi.

Si quis

renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ spũsctõ: non ptrintrare regnũ dei. Joã. iij. ⁊ de cõsecra. di. iiij. filius dei. Sicut dicit Guido de bap. de ꝓse. di. iij. placuit. post Augu. Coꝝpꝰ non facit aiam peccatricẽ: sed peccatrix aia coꝝruptibilẽ carnẽ facit. Peccauit q̃dez aia primi hois: ⁊ per peccatũ coꝝrupit carnem. postea ꝙ caro cũ non posset se vindicare ex toto in ista vita voluit vindictam sumere de q̃libet aia ꝓsimili. s. vt q̃cũq; sibi insundere aias ex ipa. id ẽ exercuo coꝝ

ruptione innascit pctm̃ i ipa aia hoc aũt est pctm̃ originale: qđ q̃ dem aie imputat cũ quadã dig/ na retributõe innascat aie. Qm̃ igit ab hoc peccato nõ potuim⁹ pfecte liberari nisi p baptismũ: i quo aia nr̃a quodãmodo rena/ scit spiritualiter. ⁊ q̃ natura fuit filia ire dei fit filia adoptionis.

Ideo saluator venies i mundũ pclamãs necessitatẽ hui⁹ sacra/ mẽti baptismi dixit. Nisi qs re/ nat⁹ fuerit ex aq̃. Glo. s. exteri⁹ abluẽdo cor⁹ ⁊ interi⁹ spũ sctõ mũdando aiam nõ potest intra/ re rc̃. Ex q̃ ptz necessitas huius sacramẽti. Et q⁹ baptism⁹ est ia/ nua omniũ sacramẽtor. ideo de ipso primo videndũ est. Erit au tem triplex cõsideratio circa istũ sacramentũ. Primo videbit de ipius substãtialibꝫ. Scđo de ip sius accidẽtalibꝫ. Tertio de ipsi us cautelis. Quã triplicẽ cõsi de rationẽ circa q̃libet sacramen/ tũ in p̃senti tractatu seruabim⁹

Baptism⁹ quõ diffiniat.

Iffinitur

đ autẽ sic. Baptismus est ablutio corpis exte ri⁹ facta sub forma verbor̃ p̃scri pta. Quinq; ꝓ o sunt de substã/ tia baptismi. Primũ est intẽtio: ⁊ sufficit generalis. s. q̃ baptizãs intẽdat illud facere qđ facit ec/ clesia: meli⁹ tn̄ est si fiat specialis intẽtio. s. vt baptizãs intẽdat q̃ baptizãdus mũdet in aia a pec cato. Simlit̃ req̃rit intẽtio illi⁹ q̃ baptizat si est adultus q⁹ inui tus nõ recipet sacramentũ. vt di cit in ca. maiores. đ baptismo ⁊ ei⁹ effectu circa finẽ. Scđm est fides ipsius baptizãdi. q⁹ in ad ultis req̃ritur fides ppria. sed in paruulis aliena. q⁹ paruuli bap tizant in fide ecclesie. Tertiũ est expressio vocalis forme a xpo in stitute: que est hec. Ego te bapti zo in noĩe p̃ris ⁊ filij ⁊ spũssctĩ. Circa cuius plationẽ videat ba ptizãs ne aliquã dictõez obmit tat: nec etiaz addat aliquã vltra vel ne trãsponat dictiões vl' cõ mutet aliq̃lit̃ noĩa p̃sonar̃. Un̄ si diceret in noĩe genitoris ⁊ ge/ niti ⁊ procedẽtis ab vtroq; nõ es/ set baptism⁹. Itẽ non debet ob/ mitti illud pnomẽ i p̃incipio po sitũ. s. ego. q⁹ licet n̄ sit de forma quantũ ad necessitatẽ sacramẽti sed ex cõstitutiõe ecclesie. pecca/ ret tn̄ omittẽs quãuis ibi eẽt ba ptism⁹. Ita notat̃ de baptismo ⁊ ei⁹ effectu. c. i. vbi etiam đr. im mergẽs puer̃ ⁊ dicẽs. In no. p. ⁊ fi. ⁊. s. s. ⁊ p̃mittẽs. ego te bapti zo. nõ est baptism⁹. Greci aũt ⁊ ruteni dicũt q⁹ expssio ministri. s. ego nõ sit de necessitate forme. q⁹ ex eo baptism⁹ efficaciã nõ hz Sed p̃sona recipiẽs ẽ de neces/ sitate forme q⁹ actus ad recipiẽ rem terminat̃. Ideo differunt a nob in forma q̃ntũ ad tria. Pri mo q⁹ p̃sonã ministri nõ expr̃imũt

ad remouendū dubiū p̄mittue ecclesie q̄ efficaciam attribuebat bāptizāti. vt p̄z. j. Thor. iij. Secūdo q̄r ſcant actū ſub tertia p/ſona cū optatiuo modo vel coniunctiuo. vt baptizet ſeruꝰ xp̄i. Tertio p̄ſonā baptizati in nr̄o exp̄imūt vt dictū eſt. Utrū ip̄i ꝯ murēt de ſubſtātia formę ita vt oporteat rebaptizare nō eſt determinatū. ſz certū eſt q̄ nr̄a forma ē melior. Hec ſectus Tho. di. iij. q. ij. arti. i. Et licet in p̄mitiua eccl'ia ex ſpāli p̄ſilio ſpūſſcti baptizauerīt in noīe chr̄i z ꝑp̄ modū ſignificādi: ꝗa q̄dāmodo ſm Ambr. tota trinitas in ꝯ noīe intelligit: z ꝑp̄ reuerētiā ſignificandi vt illō nomē celebre z virtuoſū redderet Leſſantre tñ hac cā iā nō lz ſic baptizare ſm theologos. Si q̄s tñ cēt baptizatꝰ i noīe chr̄i faciēdū eēt cū eo ſicut i alijs dubijs: exꝯ nō cēt ſimpl'r determinatū p̄ eccl'iam talē baptiſmū nō valere: ita q̄ tal' baptizaret hijs ꝑbis. Si baptizatus es ego te ñ baptizo. ſi nō dū baptizatꝰ es ego te bap. i. n. p. z fi. z ſ. ſ. Et idē fiat q̄n baptizāt ruteni z greci: ꝗa non ꝑſtat illoꝝ formā ſimpl'r ñ valere. p̄ſerti cū eccl'ia ſcit z tolerat eā: nec exp̄ſſe reprobat Quartū q̄ꝺ req̄rit ad ſubz baptiſmi ē materia debita. ſ. ablutio p̄ elemētū aq̄ in toto corpe vel i p̄te digniori Quītū q̄ illa ablutio fiat ab vno z eodem tpe q̄n forma ꝑboꝝ exp̄imitur: ita q̄ vnꝰ ꝑbaꝑferat z eo tpe puer i/mergat. Iſta aūt īmerſio ꝺz fieri trina vice: niſi neceſſitas magꝝ ſuadeat aliud facere. vl' ſi baptizandꝰ eēt adultꝰ q̄ p̄ ſacerdotē ter īmergi nō p̄ōt. tūc em̄ ſufficit trina aſperſio aque q̄ꝺ eccl'ia in plibꝰ locꝭ fuat. Et ī paruul' ppē picula q̄ accidere p̄nt circa tota/lē īmerſionē paruuli. Uñ gui' peccaret q̄ ſcl'tm̄ īmergeret: q̄r ꝯ eccl'e ꝯſuetudinē faceret. Sciē/dū aūt ē q̄ ſm Johem panſien. ſup. iij. di. iij. c. iij. Aquā baptiſimi opꝛet ꝺe necitate eē ſctifica/tā: q̄r ꝺns ꝯtactu ſue mūdiſſime carnis vim regeratiuā aq̄s cō tulit. Sz tñ aq̄ ꝺebz eē ſimplex ſic q̄ nō mutet ſp̄es aque q̄ntū/cūq̄ fiat ꝯmixtio. Uñ p̄t fieri baptiſmꝰ i lixiuio: vel aq̄ marꝭ vel ſulphurea vel ī aq̄ exp̄ſſa mūde de luto. Et ꝺico mūde exp̄ſſa. i. liq̄de z apparēter ſic q̄ ibi appareat vera aq̄: ꝗa aq̄ ibibita ſpiſſo luto nō p̄t fieri ꝯueniēs materia huiꝰ ſacri. Et huiꝰ rō ſm doctorē ſubtilē vbi ſup̄ eſt: ꝗa lotio eſt materia p̄ña: vel q̄ſi p̄ ſe fundamētū vel ꝑs fūdamēti iſtius ſctificatiōis. Aq̄ aūt ē macia remota. Uñ aq̄ imbibita ſpongie vl' ſpiſſo luto etiā ſi trāgit carnē: tñ nō eſt conueniēs materia ad baptiſmū: ꝗa talis ꝯtactus non eſt lotio. Et ſil'r ī glacie nō eſt lotio z in nūce: eo q̄ nō eſt aq̄ fluꝺa lotioni cōueniēs. Sil'r aqua roſeacea vel aq̄ exp̄ſſa ꝺe floꝛi/

bus vel brodiū nimis spissum ī q̄ plus est de pinguedine q̄z de aqua: nec aq̄ mixta cū luto multo. Similiter vinū ꝛ saliua aut etiā hois vrina nō sunt ꝓueniens materia baptismi: eo q̄ aq̄ ibi mutata est ī aliā speciē. Ubi tñ nō tāta trāsmutatio esset aq̄: sicut in brodio: medone: ceruisia ꝛ sic de aliis liq̄ribꝫ. dubitāt quidam doctores nō esse materiā istius sacramēti. Ego tñ oīno reprobo in istis liq̄ribus fieri sacramētum ꝓpter defectū ꝓfationis. Aq̄ em̄ baptismi ꝓfat illā aquā que fluxit a latere xp̄i ī cruce que fuit vera aq̄ elementaris ꝛ nō miraculosa ꝓpter ꝓfationē baptismi. sic etiam ꝛ sanguis verꝰ ibi ꝓfluxit Ratio autē institutionis ī isto elemento est ex parte ꝓuenientie. q̄z est frigida: fluida lucida: necessaria ꝛ cōmunis. Et he oēs ꝓprietates ꝓueniūt huiusmodi aque in qua dz fieri baptismꝰ: q̄ est ad refrenandū feruorē ꝓcupiscentie: ad flectendū rigorē inobedientie: ad illustrādū charitatē fidei: ad introducendū viā salutis Iterū alio ratio q̄z ꝓ baptismū ab his malꝫ liberamur. s. ab immūditia: ignorātia ꝛ cōcupiscētia. vt patz ex ꝓpertatibꝫ aque. s. purificate ꝓ quā mundamur: perspicuitate: ꝓ quā illuminamur: ꝛ frigiditate: ꝓ quā ab estu cōcupiscētie tēperamur. Fit etiā baptismꝰ in aq̄ ne quē inopia alterius liquoris excusaret: ꝛ ne ꝓpter defectum periculū salutis homines incurrerēt. Et vt inueniat apud oēs communis materia baptismi

Q3 triplex est baptismus.

Reterea

ꝓ sciendū q̄ triplex ē baptismus. s. fluminis q̄ fit in aq̄ cōiter. Et talis liberat a pena ꝛ a culpa ꝛ grām infundit in habitu: ꝛ caracterem imꝑmit. Alius est flaminis: q̄ tunc fit q̄n q̄s desiderat baptizari: sed non habet ꝓ quē baptizet. Talis ī fide saluabit ꝑ put determinatū est in decretali Apl'icā. de ꝓsbitero nō baptizato. Et idē ptz per Augu. viij. li. de ciui. dei. ꝛ li. iij. d̄ vnico baptismo. ꝛ ꝓ btm̄ Ambro. de obitu valētiniani. Et hic delet culpā ꝛ grām habet ī vsu in q̄ meritū ꝓsistit. Tertiꝰ est baptismꝰ sanguis q̄ fit in martyrio ꝓ xp̄i noīe susceptꝰ. vt ꝓz de innocentibꝫ. Et quidā dicūt etiā d̄ latrone dextro. Sed nō videt esse vez: cū ille nō posset dici martyr ex pena crucis eo q̄ nō ꝓ veritate aut iustitia aut fide xp̄i: sed ꝓ suis scelerib' passus est: sicut solꝰ ꝓfitet dicēs. Nos quidē digna factis recipimꝰ ꝛc. Uidet g̃ potius q̄ baptizatꝰ est baptismo flamis ꝓpter ꝓfessionē fidei quā habuit ad xp̄m credēs eum deū ꝛ hoīem esse. Et iste baptismus ab oīi tēptatiōe liberat ꝛ cōfert statim p̄miū. q̄z martyres statim euolāt ī celū sine retarda

tiõe. sic ꝓz ꝺ sctõ stephano ꝺicẽte. Vlꝺeo celos apros. Act. vij. Itẽ ī ꝫ sacramẽto q̃ddã ẽ sacrm tm̃, vt est ablutio exteriox in coꝛpoꝛe. Quoddã res tm̃ vt gra interioꝛ. Quoddã res ⁊ sacramentũ. vt caracteꝛ in aĩa Et sic q̃ ficte baptizat cũ ꝓpoſito peccanꝺi moꝛtalit. nec attrit⁹: vl q̃ ex:at in arti. fiꝺei: vl q̃ ꝺicat ſacra nõ vale ꝛe tm̃ recipit ſacrm ⁊ nõ ſaluat. Qui ꝙo ꝺeſiꝺeꝛat baptizaꝛi ⁊ ñ ꝫz p quẽ recipit rẽ tm̃ ⁊ ſaluabit Qui ꝙo recipiũt rem ⁊ ſacrz vt pul'exten⁹ ⁊ iteꝛi⁹ mũꝺãt. q: recipiũt exteriox:ẽ ablutionẽ ī coꝛpoꝛe. ⁊ impſſionẽ caracteꝛis ī aĩa Eſt aũt caracteꝛ ꝺiſtinctio a caꝛactere eteꝛno impſſus aĩe rõna li ſm ymaginẽ ꝓfiguraꝫ trinitatẽ creatã. i. hoiez: trinitati creanti. i. ꝺeo. ⁊ ꝺiſtinguẽs a nõ ꝓſignatz ſm ſtatũ fiꝺei. Et ꝫ eſt tantũ ꝺicere q caracꝛ eſt q̃ꝺã q̃litas ſeu ſignũ ꝓſignatiuũ xpo ꝺiſtinctm ab ifiꝺelib⁹ ⁊ aſſimilatiuũ fiꝺeli bus ⁊ ꝺiſpoſitiuũ aꝺ gr̃am. Et talis caracꝛ ẽ fiꝺelibꝫ poꝛẽtie coꝛ gnitiue intellectiue: ũ q̃ ꝓncipaliꝛ ꝓſiſtit imago ex q̃ etiã hõ ꝫz q ſit hõ: ſicut exappetitiua ꝫz q ſit bon⁹ vl malꝰ. Et rõ fz Tho. ꝺiſ. iij. q. iij. ar. iij. q: impſſio caracteꝛz eſt p q̃ ꝺaz aĩe rõna l' ſcti ficatiõez: puꝛ ſcificatio ꝺr ꝺepuratio alicuius aꝺ aliq̃ꝺ ſacrum. Aꝺ hanc autem ſanctificationẽ nõ magis actiue opaꝛatuꝛ aĩa ſcti ficãꝺa q̃z aq̃ ſcificãꝺa vel oleũ vel chꝛyſma aꝺ ſuã ſcificationẽ: niſi q̃ homo ſe ſubiũgat tali ſcifi catiõi p conſenſum. Res aũt pꝺicte ſubiũgiunt. q: libero aꝛbitꝛio caꝛẽt. Et ideo q̃litercũq̃z aĩa vaꝛiet p ꝓpas opationes nunq̃z caꝛactere amittit ſicut nec chꝛyſma nec oleũ nec panis conſecꝛat⁹ vnq̃z ſcificatiõez pꝺunt q̃litercũq̃z tꝛãſmutent ꝺũmõ nõ coꝛꝛupantuꝛ. Null⁹ aũt ꝑ bis baptizaꝛi. q: ꝺñs inſtituit baptiſmũ ītꝛeꝛe rabile. ⁊ ꝫ ꝓpt plenã remiſſionẽ tã pene q̃z culpe q̃ fit ī baptiſmo. al's ꝺaret occaſio ſepi⁹ ꝺelinq̃ꝺi. Hec Scot⁹. ſup. iij. ſẽ. ꝺi. iij. q. v. ¶ De baptiſmi accidẽtib⁹.

c Conſequenter ꝺe accidẽtib⁹ baptiſmi reſtat viꝺere Sũt ãr. viij. ꝺe ſolẽnitate baptiſmi q̃ nõ ſẽ ꝺe ſb ſtãtia. ꝝ. Sal oleũ chꝛyſma cereus chꝛyſmale ſaliua. Flat⁹ ꝝtutẽ baptiſmat z iſta figuꝛãt. Hec cũ pꝛimis nõ mutãt: ſz bñ oꝛnãt. Inungit ãt baptizãꝺ⁹ in. iij. loc z. ſi fꝛõte vt fiꝺẽ publice pꝺicet Et ꝫ fit ī ꝓfirmatiõe p ep̃m ī ꝝtice vt agẽꝺa facili⁹ coglꝰcat. Inꝰ ſcapl'as: vt ingũ xpi ſuauiꝰ poꝛtet. In pectoꝛe vt ꝺeũ ꝺulci⁹ ꝺiligat. Sz ꝺe iſtz oĩb⁹ melꝰ viꝺebit ifra ī ꝑtica huius ſacramẽti.

De cautel' circa ꝫ ſacrz fuã ꝺis.

n Hinc ꝺe cautelis circa iſtud ſacrm aꝺhibenꝺis ẽ viꝺẽꝺũ. Pꝛimo caueat ſa-

cerdos ne in p̄uatis domibus baptizet infantē vel adultū: nisi eēt puer regis vl' p̄incipis q̄bus in h̄ deferet. et h̄ intellige p̄ter casum necessitatis. alioq̄n in necessitate p̄t baptizare vbiq;. vt si puer esset in mortis articlo. aut deferētes haberent inimicitias capitales. Pro vt h̄ totū notat in clementina vnica de baptismo ⁊ eius effectu. Secūda cautela caueat ne quē coacte baptizet. vt Judeū vl' paganū. Et hoc si reclamat: aut p̄stat aliq̄ signo exteriori suū dissensum. Nā talis nō recipit sacramentū. nec cogitur legē christianā tenere. Si aūt metu mortis vult baptizari ne cremet vel suspendat p̄ suis excessibus: talis si nō reclamat/q̄uis intus dissentit vt sacramentū recipiat: tū tenet legē christiana seruare. Tertio caueat ne baptizet amentē vel fatuū seu furiosum. verū tamē vt dicit sanctus Tho. Amentes a natiuitate recipiūt sacrm sicut ⁊ pueri. Et illi q̄ incurrūt amentiā ex infirmitate post q̄s habuerūt vsum rōis ⁊ lucida intervalla ⁊ habuerūt tūc p̄positū recipiēdi baptisma: tūc suscipiūt sacrm ⁊ rem: etiā si actu cōtradicāt q̄n baptizent ūn amētia. als nō. Et sic intelligēdū est q̄d dicit Augusti. ūij. p̄fessionū d amico suo: q̄ dū desperaret baptizatus ē nescīs Quarto caueat ne iudeū vel paganū statī baptizet: nisi p̄us de fide instruat. de p̄se. di. iij. iudei Et h̄ ne eccl'ia ī talib⁹ decipiat. Et h̄ est verū nisi necessitas aliq̄ eis imineret. Quinto caueat q̄n sil' pl'es baptizet ne dicat. Ego baptizo vos: q̄a q̄uiter peccaret fm Tho. ⁊ tm essent baptizati. Et ideo cum pl'es baptizat. ad quēlibet seorsum dicat. Ego te baptizo ⁊c. Nec sctūs Tho. Si tū mania necessitas instaret: vt si portarent⁹ duo vel tres pueri sil' debiles ⁊ infirmi q̄si agoni/zātes: ⁊ tūc videt mihi q̄ possit dici. Ego vos baptizo ⁊c. ne p/pter dilationē vlteriorem pueri morerent⁹. Sexto caueat ne variet formā p aliquā interpositionē magnā p quā discōtinuaret actū. h̄ enim multū noceret fm Petrū de tharā. sup. iij. sniaz. di. iij. q. ij. Modica tū interpositio vl' interruptio nō nocet. vt si dicat. In noīe p̄ris. ⁊ tūc forte aliq̄d impedimētū sacerdoti occurreret. vt si madidaretur sibi manica suppellicij vel sil'e: ita q̄ diceret ministro. vide ne madidet suppellicīū vel sil'e: ⁊ tūc vteri⁹ p̄seq̄ret. ⁊ filij ⁊ s.s. nō vicia ret baptismum. Sil'r de tusse si accidit tpe plationis dicēdū est aut etiā de silētio lōgo int̄ ꝑba lōga idē intelligēdū ē fm Tho. sup. iij. di. iij. q. ij. arti. i. Septimo caueat sacerdos ne in p̄cō mortali exist⁹ baptizet cū solēnitate more solito pueri: q⁹ peccaret mortl'r ꝑz san. Tho. ⁊ pe. d

tha.sup.iiij.dis.v.q.ij.q̄uis puer baptizet i hoc casu. Et baptísmus cōferē tā p malū q̄ p bonū ministrū. q3 bonitas ministri nō est de necessitate baptísmi. sz de cōgruētia. Nec peccat suscipiēs baptísmū a malo sacerdote tolerato ab eccl'ia. sec⁹ est de p̄cio ab ecclesia. vt ab hereticō scísmatico excōicato. a quibus nullo mō recipiēdus ē baptísm⁹ nísi in casu necessitatis. tūc em̄ etiā a non baptizato vt a iudeo vl' pagano posset recipi quantūcunq3 malo dūmodo i forma eccl'ie redderetur cū intētōe videlicz faciēdo íllud qđ facit eccl'ia. Verūtā licet baptísm⁹ a malo sacerdote tolerato ab eccl'ia nō viciat quantū ad sacrales effect⁹. tā a bono sacdote meli⁹ recipit si hr̄i pt. q3 fm btm̄ Tho. cū effectu p̄ncipali pt aliq̄d addi plus ex merito baptizātis Exh̄ p3 q3 dānabile t picu losum sacerdoti ē mozari i pctō mozali ad vnā hozā cū sp debeat cē parat⁹ ad mīstrādū sacra.

Sz circa hoc nota q̄ licet in casu necitatis iude⁹ vel paganus possit baptizare: non tā possz leuare de fonte. fm Tho. Rō qa in p̄mo casu baptizādo p̄t tenere vices dei: cū sit ei⁹ creatura sz i scdo nō. q3 nō ē membz̄ eccl'ie nec etiā aliquā cognationē spūalem cōtrahit cū sit extra spūalis gr̄e. Nec Tho. sup. iiij. dis. vi. q. ij. ar. ij. Octauo attēdat vt habeat circa baptizandū actuales intentōez baptizādi: t mate cū dicit ẏba essentialia. Tñ si tunc nō hēret eā. t tñ p̄i⁹ habuit eū do ad baptizandū sufficit. Exq̄ p3 q⁹ furios⁹ aut ebzios⁹ nō p̄t baptizare. Et dico de ebzioso carēte vsu rōnis q̄ talez intentiōez nō hz nec actualē nec habitualē q̄ est necessaria. iuxta illud. Accedit ẏbū ad elemētū t fit sacr̄m. Nā fm Bonauēturā. in. iiij. di. iiij. q. i. ar. j. i fine p̄ncipalis. ad h̄ q⁹ ẏba ozdinent ad effectū assig tū necessariū est interuenire intentionē mīstri q̄ itēdit i illo actu t ẏbo dare talē effectū. vel saltē qđ eccl'ia facere ozdīauit: vl' saltē qđ xps instituit dispēsare. alio q̄n ẏba t elementū vt sic distincta nō faciūt sacramentū. Hoc aūt p regl'a habendū ē q⁹ ad oēz sacramentoz dispēsationē necessariū est h̄r̄e intentionē actu vel habitu. explicite vl' implicite fm Tho. in. iiij. dis. vj. q. ij. ar. j. No no caueat q̄libet ne puez antecz nascat de vtero mr̄is baptizet. Et hoc si puer ad oēs partes ei⁹ est in vtero mr̄is integer t totalit̄ q3 sic nō potest aq̄ eū attingere immediate: nec p̄t lauari ibi existēs. Si aūt appareret p̄ncipal' pars. puta caput tūc simpl'r baptizari potest. q3 tā p̄t aq̄ aspgi. Si autem appareret ps minus p̄ncipalis sicut manus vel pes. illa etiā esset baptizāda. q3 i illa parte est tota aīa. licz nō oēs sensus vt in capite: t postmodū

potest baptizari si nascat vnus sub conditione. Talis tñ puer si nasceret mortuus sepeliret in cemiterio ꝛz doctorē subtilē. dist. xxij. q. i. arti. ij. Et idē tenet Joannes parisiēsis di. iij. Silr dicendū est de illo circa quē diminuta ē forma ecclesie necessaria ex necessitate instāti. Talis em̄ sepeliret in cemiterio: qa pie creditur q̄ summ⁹ sacerdos supplerer ꝑm Petrū de Tharan. dist. iij. q. ij. arti. j. Decimo caueat ne matrē infirmā vl' morientē diuidat in qua puer viuit. qz si homicidiū cōmitteret q̄s h⁹ faceret Nō sunt em̄ facienda mala vt veniāt bona. ad Rho. iij. Ideo cautius dimittat perire infantē cū ea q̄ ipsa pereat ꝛz dñm Petrū vbi sup̄. Si tñ mat̄ mortua esset iā pfecte: tunc pt̄ debet cā facere diuidere: ꝛ puer inde extractū baptizare: al's nō. Undecimo caueat ne mōstrū nō bene prius dīudicatū an sit vn⁹ homo vel duo: vel an habeat vnā animā vl' duas baptizare festinet. Nā si sint duo capita: duo colla ꝛ duo pectora: ꝛ per conseqūēs erunt duo corda. ꝛ ita baptizādi sunt duo: ꝛ q̄libet seorsum. Si aūt nō est certū q̄ sint due aie: tūc ꝑmo baptizand⁹ est vnus ꝛ postea alter sub conditione dicendo. Si tu es baptizatus nō te rebaptizo: ꝛz si nō es baptizatus ego te baptizo in nomine patris ꝛ filij ꝛ spīritus sancti. Et tale mōstrū dicit fuisse i francia: duo capita habēs. quorum vnum expressit velle de eo de q̄ alter expressit nolle. vnū tñ voluit ꝓtinere ꝛ sobrie viuere: ꝛ aliud lasciuire ꝛ epulari: ꝛ cū vnū per os suū excederet: aliū se grauari damabat. ita refert doctor subtil' di. vi. q. j. ar. iij. Duodecimo caueat: ne chrismate antiq̄ baptizet. qz punit sacerdos hoc facies. de ꝑse. di. iij. si q̄s ꝺ alio Et de sen. excō. in ca. quoniā. li. vi. Ubi dicit glo. finalis dando rōnē: qz vetus chrysma non debet iesse vsui: nec de illo debet q̄s chrysmari. Et de pnit sacerdos q̄ de illo antiq̄ chrysmate vngit baptizatū: nisi in mortis articlo. Un̄ omni anno nouū chrysma debet cōfici ꝛ antiquū cremari. de ꝑse. dist. iij. lris. Sit aūt diligēs sacerdos inē oīa ne puer accedat sine baptismo: vt si iā incipit canonē misse ꝛ viderit puerum morientē sine baptismo pt̄ eum baptizare. de ꝑse. di. j. nullus epūs. in glo. penul.

De cathecismo ꝛ exorcismo.

Restat nūc

ponere practicam manualē circa huiusmodi sacramēti dispēsationē. Est aūt ꝑmo sciendū q̄ cathecismus ꝛ exorcismus debēt ꝓcedere baptismū q̄n solenniter cōferit. Exorcismus ꝺo dicit illa sonatio oīonū p quā ex-

pellit diabol⁹: z adturat vt recedat a puero. de q dicit Tho. q valde pueniēs sit ip̄z p̄mitti an baptismū. Un̄ h̄ signat ea q̄ ponunt i baptismo. Recede ab eo sathana zc. Jpe etiā exorcismus debilitat ptātē demōis: ne tātū possit in hoīe sicut añ: ne baptismū z alia bona in ipo impediat. Sz ptās p̄dicta totalit tollit in baptismo: sic etiā Pharao p̄us est flagellat⁹ pplo nōdū de egypto egresso: z postea totalit i manu rubro (qđ ē figura baptismi) submersus. Et sic bñ dr q exorcismi sunt īstituti ppr energumenos. i. intus laborātes p infectionē fomit̄: videlicz ꝺ diabolū in eis ptātē habētē. Hec Tho. di. vi. q. iij. arti. i. z. ij. Est aūt catheclsin⁹ fm Tho. īstructio añ baptismū i illis q̄ sunt cōia. Et dicunt fidei rudimēta: ad q̄ credēda oēs explicite tenent̄: sicut est fides trinitat̄ i carnatōis z passionis dn̄i: iudicij: z quidētie di de factis hoīm. De alijs aūt debet īstrui post baptismū. Un̄ etiā fz Tho. in adulto req̄rit vt p se catheczet z xp̄iana religiōz pfiteat. Catheczat aūt ad h̄ adult⁹ q̄ ad fidē vocat: vt ad quā vocat: p̄po moueat volūtat̄ arbitrio. Hic ē q cū baptizat inde? rutenus vel pagan⁹ adult⁹: nō patrini sed ipsemet p se ad interrogata rn̄deat sacerdoti. Huius contrarium seruat in mazouia in polonia: z satis male.

De modo baptizandi.

Qstquaz igitur puer debeat baptizari: sacerdos nō p̄mittat nisi vnum vel vnā feminam in patrinos: put determinatū est de cognatōe spūali. q̄uis li. vj. de p̄se. di. iiij. nō p̄hes. Alicubi tū p̄suetudo obtinet q si puer masculꝰ debeat baptizari: tūc duo viri z vna mulier i p̄trinos admittant. Si vo fēa tūc due mulieres z vnꝰ vir i p̄trinos admittant. Et illa est sat̄ tolerabilē cū honestatē q̄daz z vbanitatē p̄tineat. Deinde aūt añ fores eccl̄ie sacerdos statuat p̄trinos. vbi si puer ē masculꝰ: teneat cū vir. si vo fēa: teneat cū mlier. Et isti duo stāt iuxta se. Alij vo p̄nt stare i eccl̄ia vl iuxta q̄ puerꝰ cōduxerūt: nē p ipo rn̄deat: sz p̄nt oīa attēdere dūmō nō tāgāt puerū. Statuat aūt sacerdos puerꝰ ad occasum solis. solus autē stet ad orientē. Quo facto sufflet in faciē ei⁹: z dicat illū exorcismum. Exi īmunde spūs: z da honorez ꝺo vnо z vo zc. q̄ p̄tinenti agēda. Itez stati dicat. Recede ab eo diabole zc. Flatus aūt ille sine exsuflatio debet fieri ad occidentē vt patet fm Tho. Et significat spiritꝰ maligni expulsionē z boni introductionē. Post hoc faciat crucē in frōte ei⁹ dicēs Signū saluatorꝭ ꝺo. n. ih̄u. xp̄i in frontē tuā pono: sil'r in pecto-

re aliã faciat crucẽ dicens. Sig/nũ saluatoris dñi nr̃i Jh̃u xp̃i in pectus tuũ pono. Et demũ con iunctim sub vna plationẽ faciat vnã crucem in frõte ⁊ aliã in pectore dicẽs. Accipe signaculum sctẽ crucis tã in frõte q̃s i corde ⁊c Et q̃d ista signatio ꝓfect stantim i p̃dicta ostẽdit oro ẽ cũ dicit Sume celestiũ ꝓceptoꝝ fidẽ ⁊c. per q̃ denotat q̃ ad h̃ in pectore signat q̃ in p̃ceptis dñi suscipiẽdis acceptus efficiat. Et in frõte vt leta facie dei culture existat apt⁹ Demũ seq̃t oro ẽ Preces nr̃as ⁊c in q̃ tũc dr. Et hũc electũ tuum crucis dñice cui⁹ imp̃ssione cũ signamus in frute custodi. Et fiat crucis signatio sup totũ puerũ. Inde seq̃tur oro ẽ Oipotẽs sempiterne deus ⁊c. Circa quã q̃rat ꝑ⁹ sacerdos de nocte ifantis dicẽdo. Quis dr vocari? Et post/q̃s illi dixerũt. N. ille statim ꝓsequitur incipiẽdo oro ẽs dicẽs. Oipotẽs sempiterne ds pater dñi nr̃i Jh̃u xp̃i. respicere dignare sup hũc famulũ tuũ ⁊c. Nõ est aũt opus cũ venerit ad locũ ꝓpr̃ũ nois in aliq̃ oro ẽ q̃ reqrat patrinos dicẽs: quo vocat: ⁊ h̃ ꝓpter incongruitatẽ q̃ ibi cõtingeret: ⁊ imꝑpr̃ietatẽ locutiõis. Nã oro q̃s q̃s reqrit dicit ꝓpr̃ium nomen in accusatiuo casu: ⁊ p̃rini respõdent in nr̃õ quod est magna absurditas. sicut patrẽ cũ dicit. respicere dignare sup hũc famulũ tuum. N. ⁊ si patrini respõderent in nr̃io dicendo. N. magna essꝫ incõgruitas dicat aũt sacerdos solus variãdo nomẽ vsq; ad fõtem sm exigentiã oro ẽnum ꝓut viderit expedire. nec tonẽs q̃cẽs occurrit nominis noiatio reqrat patrinos. sed sol⁹ noiet i latino ꝓpter absurditatẽ p̃dictã. Oro/nes aũt iste fiũt ꝓ puero: vt gra p̃ueniat ⁊ subsequat q̃ vires p/beat libero arbitrio: ⁊ q̃ pcul fiat vniũsa maligni spiritus illusio. Signat puer in frõte: in pecto/re: in oculis: in naribꝰ: i ore signo crucis: cuius ꝛute victꝰ est diabolus ⁊ exaltatꝰ est xp̃us. Unde Abacuc. iij. Cornua in manibꝰ eius sunt. ibi abscõdita est fortitudo eius Hoc signo muniunt tot⁹ corporis sensus: cuius ꝛute ⁊ oĩa sacramẽta ꝓplent: ⁊ oĩa diaboli figmẽta frustrant. Sicut em̃ cũ p̃mogenita delerent egypti ppl's hebreoꝝ signatis postibꝰ domoꝝ suarũ sanguine agni paschal' in typo dñice passionis saluat⁹ est. ppl's vero egyptiorũ q̃ hoc carent signo i suis p̃mogenitis grauit̃ pcussus est: sic apud Ezechielẽ hiert'm ab imminẽte clade liberãda esse promittit si thau q̃ figurã crucis exprimit i frõtibus gementiũ atq; dolentiũ signaret. Deide antecq̃ sal ponit in os pueri recepto sale simplici ⁊ mũdo bñdicat ip̃m specialit̃ per illã oronez. Exorci/zo re creatura salis i nomine dei patris omnipotẽtis: ⁊ in charitate

dñi nr̄i ih̄u xp̄i: ⁊ in ꝑtute ſp̄ûſ/
ſcti ⁊c. facie do ſigna crucis ad i/
uocatiõnẽ cuiuſlibet pſ̄one ſce
trinitatis: ⁊ cõpleat vſq; ad finẽ
Nec credat q̄s poſſe ſufficer̄ ſal
lûludad exorcizandû puerû q̄d
bñdicat̄ die dñico ad bñdicẽdû
aquã. cû illud ſp̄ale officiû habe
at ⁊ diſtinctû ab iſto. Et ideo ca
ueat ſacerdos ne cû illo ſale cû
q̄ die dñico aquam exorcizat ad
baptiſmû vadat. ſz ipo die dñi/
co i alio cipho bñdicat ſal ꝑ bñ/
dicẽda aq̄ ⁊ in alio ꝑ exorcizan/
dis ifantib⁹ añ baptiſmû. Cum
aût cõpleuerit oõez dict̄: ⁊ ſal
bñdixerit: recipiat ſal ⁊ ponat ad
os pueri dicẽs. Accipe ſalẽ ſapi
entie ⁊ ſit tibi dñs ꝓpic⁹ in vitã
eternã amẽ. Ponat m̄ ſal in os
pueri pulcre ⁊ modeſte nõ cum
vehemẽtia ſicut q̄dã ſolẽt pone
re: ita q⁹ puer cogat flere ꝓp̄ dU
ram ipreſſionẽ ſal'. q̄d eſt abomi
nabile Seruãda eſt nãq; munda
vbanitas ⁊ honeſtas i ſacramẽ
tor̄ collatiõe ꝓp̄ deuotionẽ po
puli excitãdã ⁊ reuerẽtiã ſacror̄
a pplo ipendẽdaz ⁊ exhibendã
ſigr̄em ſal' imiſſio gr̄az ⁊ ſapiaz
⁊ a pcõr̄ putredie ꝑſeruatiõez.
Cõſequenr̄ ꝑſeq̄ntur oões ſoli
te q̄ hñtur i agenda. Et puideat
ſacerdos eas correcte dicere. Et
q; ſp̄ales ſunt oões ſup feminas
⁊ ſp̄ales ſup viros. ideo ſingul'
ſingl'as adaptet Que ãt ſût ſup
vtroſq; illas ꝑferat ſup vtroſq;
indifferenr̄. Deinde ſeq̄tur eua
geliû ſm Matr̄. Oblati ſũt Ih̄u
paruuli ⁊c. q̄d ſacerdos dictus
deponat mitrã. ſil'r p̄mos ꝺpo
nere faciat. In legẽda aût impo
nat man⁹ infanti: vt p̄cludat dia
bolo expulſo viã ne redeat. Et h̄
idẽ ſignãr bñdictiõis ⁊ crucis ſig
natiões ſupi⁹ p̄miſſe: legat aût p
termittẽdo dñs vobiſcû. Quo
facto faciat oꝛare Pat̄ nr̄ ⁊ Ere
do. ip̄os p̄mos: deinũ dicat illã
oõez. Nec te lateat ſarḥana ⁊c.
Quo facto recipiat mũdos pul/
ueres ſre ⁊ miſcẽs ſputo faciat i
de lutũ i manu ſiniſtra recepto
eo duob⁹ digitis. ſ. pollice ⁊ idice
dextre man⁹ rãgat aurẽ pueri di
cẽs. Effeta q̄d eſt adapire. Et cũ
ſubiũxerit i odoꝛẽ ſuauitat̄: rũc
tãgat nares. Laneat aût ne faci
at lutũ groſſũ ⁊ aſtãtib⁹ abomi/
nabile: ſicut q̄dã facere ꝓſueue/
rũt. emittẽtes ꝑ ſputo q̄nq; fleg/
ma ſpumoſum ex oꝛe: inducẽtes
hoꝛroꝛẽ aſtãtib⁹. Deſignat autẽ
ſputi ⁊ ſaliue imiſſio: ieſus ract⁹
audit⁹. ⁊ alio⁹ ſenſuũ ſp̄ûalium
apertionẽ. vel ſignat impedimẽ
ti remotionẽ ipſius demonis re/
ſpectu fidei docẽdo vl' diſcẽdo

Oſt hoc

p ſacerdos introducat
puer̄ in eccl'iaz dicẽs
Dñs cuſtodiat introitũ ⁊c. dãs
cip h̄ ptãtez intrãdi eccl'iaz ⁊ an
numerãdo cũ ꝓſortio fidelũ: q̄
ad h̄ vicz vt poſſit oꝛare cũ fide
libz in eccleſia. ſi eſt adult⁹. Et

in missa: dū tñ talis sit exorcizat⁹ etiā si nō esset vlterius secū pcessum. nō tñ posset audire totam missam: ꝫ nisi vsqꝫ ad sursū corda: sicut ꝛ cathecumin⁹. Tūc sacerdos accedēs ad fontē q̄rat a prīnis nois ando puerꝫ dicēs. Ñ abrenuncias sathane. Et illi rñdent: abrenūcio. ꝛ iterꝫ dicit. Et oībꝫ pompis ei⁹. Illi rñdent abrenūcio Hoc aūt fit ideo vt pri⁹ abrenūciet exorcez: ꝛ sic appꝛiet ad veritatē iuxta illud apli. Deponite veterē hoīez cū ꝓuersatione pristinā abnegātes oēz impietatē ꝛ secl'aria desideria. deīn de q̄rat iterꝫ. Credis in deū pīez oīpotentē ꝛc. Et ter rñdent pri/ mi. credo. Et sic de singul'articul' fidei specificādo distincte ꝛ iterrogādo. Et licet duodecim sint articuli fidei in symbolo de qbꝫ oībꝫ deberet querere ꝛ iterrogare singillarim. sufficit tñ si pl'es articulos simul ꝓiūgat ꝛ de ipis sil' q̄rat: ꝛ ita sufficit si totū simbolū ser vicibꝫ vl'octo pcurrat iterrogādo. Inꝛrogatio aūt ista dꝫ esse in vulgari ꝛ nō in latino. qa tūc prīmi laici fidē pfitent̄ p baptizādo puero. Est aūt sciēdū q̄ si adult⁹ baptizat: licet prīmi ipꝫ teneāt. tñ ipe sol⁹ dꝫ rñdere ꝛ non prīmi ad iterrogationē fidei ꝛ abrenūciatōez supdictā. cū habeat vsum liberi arbitrij. Hoc aūt symbolū tradit̄ baptizādis tāqꝫ nouevite auditoribꝫ: p quā ꝓfessionē incipit in eis mori vet⁹ hō: ꝛ p fidē nou⁹ viuere. q̄ fm deum creat⁹ est in iusticia ꝛ sctitate ver/ tātia. Tūc dē sacerdos accepto oleo scto ad hoc dispositu: qđ vocat oleū catheciminoꝝ referēs puerꝫ ex velamie suo: ꝛ denudās eū vngat eū prī⁹ in pectore. deīn de in scapul' dicens. Ego te linio oleo salutis in xpo iesu dño nr̄o. Et tā dē subiūgat. Parte cū. Et clerici assistēs rñdeat. Et cū spū tuo. Ista aūt inunctio olei fcat hoīs expeditionē: quā suscepit aduersus diabolū in pugna: fit em̄ in signū pugne ꝯ inimicū: sic/ ut athlete inungunt. fm Tho. Vel fm Petrū de tharā. signat legis dei amorē. p hoc qđ fit in pectore. vbi est loc⁹ cordis. Per hoc aūt qđ fit inr̄ scapulas: designat/ notā subiectionē. Ungit aūt ī pectore ne hostis ei immūnda psuadeat desideria. Inr̄ scapulas: vbi est vigor portādi on⁹. q̄ fortitudinē accipiat ad portandū pondus dei ꝛ estus. Ungit etiā ī pectore. vt vigeat ī eo sapia. Ungitur etiā i humero dextro q̄ exercitijs bonoꝝ opeꝝ in deficiēs seruet patiētia. Neqꝫ em̄ nouerit sinistra qđ fecerit dextra vestra. Matt. vj. Sed q: in humeris vigor ꝓstat portādi onera: huiꝰ partis vnctiōe ipi athlete dedicant: vt sciāt se cū ad certamē vocatos p totū vite fue cursuꝫ ꝯ antiquū hostez publicis ac ꝓuatis congressibꝫ pugnaturos. Vl'fz Rabanū in libro de īstitutōe de-

ricor. Pectus vngit q̄ nulle reli
quie lare̅tis hostis in eo resideat
sed in fide trinitatis mēs ei⁹ con
fortet. Jte̅ inter scapulas: vt vn
diq; muniat: z ad bona opa faci
enda p dei gr̄am robor. et. Dein
oīb⁹ his rite pactis: querit sacer
dos a p̄rinis infante̅ renēntibus.
z si fuerit adult⁹: tūc ab ip̄o met
adulto querat dicēs. Quis vo
caris? Et ille rn̄deat. N. Tandē
sacerdos q̄rat. Vis baptizari?
Et ille rn̄deat. volo. Vocaūt fa
ciat ter: ppter hoc vt ꝓfiter de ip
sius volūtario pposito baptizā
dū: z ne coact⁹ baptizari videat.
Et tunc sacerdos recepto puero
ad manū sinistrā: denudato co
toro: si est in estate. si ꝙo i hyeme
denudet tm̄ ipsi⁹ caput patenē
z manifeste vsq; ad ipsi⁹ scapu
las: tenēdo eū supra fontē. si est
infans. si ꝙo adult⁹: tūc solū incli
nato capite in fontē ter dicat di
stincte z expresse habēdo intētio
nem ip̄m baptizandi. Et ego te
baptizo in noīe p̄r̄is. Et tūc faci
at manu dextera p̄mas aque i ca
pite pueri pfusionē. Statimq;
psequatur dicēs. z filij: faciēdo
scđam pfusionē in capite pueri.
sicut p̄rius. Et deinde subiūgat:
z spūtussc̄i: faciēdo sim̄lit ter
cīā pfusionem seu ablutionem.
Quam quidem immersionem
recipiens homo: a sordibus ve
tustatis ipsius exutus: z alium
nouum hominem indutus tri
duane ch̄risti sepulture consepe
litur. Unde ait apostolus. qui
cunq; baptizati sumus z̄c.

Sanctus Ambrosius autem
in libro de sacramentis dicit: q̄
trina interrogatio ante baptis
mum z trina immersio in bap
tismo significat triplicem lapsu
peccati qui ibi abluitur scz cogi
tationis: locutionis: z opis: ideo
etiam fit trina confessio. Jsta eti
am forma obseruanda est a ve
rulis in necessitate baptizandis:
z per curatores sepius p̄redi
canda. Nam comperi z inue
ni in parochia mea quandoq;
multa superstitiosa z vana his
verbis addi: z ea mirabiliter va
riari. Quidam enim p̄roferūt
solum ista verba sine aspersio
ne aque: credentes sufficere so
lam prolationem verborum.
Quidam autem solo sale pue
rum cum his verbis tangunt.
Quidam vero formam verbo
rum mutant dicentes. N. ego te
baptizo in nomine dei amen.
Quidam aūt dicunt in noīe om
nipotentis dei. amen. que om
nes forme enormes sunt: nec ali
quid operantur. Sed hic que
ritur. cuius sunt ista verba cum
dicunt patrini interrogati: abre
nuncias sathane: respondendo
abrenuncio: vl credis in deum:
z illi respondent. credo. videtur
enim cuiuscunq; sint q̄ menti
ri videatur ille qui respondet.
Si enim sunt ex persona patri
ni mentit. q; nō ꝯz in conscientia

q̄ ip̄e baptizet. Si aūt p̄ puero dicunt nihilomin⁹ mentit prīnus: cū puer sit nullī⁹ volūtatis cōpos. vt patet ex eo q̄ dū inergit recalcitrat. Ad qd̄ dicendū est q̄ prīnus in p̄sona sui loquit Qd̄ aūt rn̄det credo ꝛc. tm̄ ēt si diceret. tālē fidē habeo p quā hic saluari potest. Cū simplr̄ respōdet. volo baptizari. sensus ē. in fide mea quaz ego teneo baptizet. Seruant tn̄ ȳba illi⁹ pueri ex identitate ȳboz̄ prīni vt idēt̄as ȳboz̄ ad puez̄ noteť. Un̄ dicit Bonauētura q̄ qn̄ rn̄det in p̄sona paruuli: Credo: nō est falsus sermo vl̄ incōsuet⁹. qz̄ sm̄ Augustīnū. frequēter signū accipit p̄ re. sicut dicim⁹. Cras erit resurrectio dn̄i. Et vidēs fumū dicit se videre ignē. Un̄ sensus est. credo. i. sacramentū fidei recipio: vel recipe parat⁹ sum: id est ad credendū me obligo. Dicit etiā iste doctor: q̄ prīni postea tenent puez̄ docere in his q̄ sunt de fide vel de bonis moribz̄: si nō hz̄ alios doctores vel parētes. nunc aūt ex q̄ habēt parētes catholicos ꝛ visitant ecclīas ibi poti⁹ doceant: ꝛ sic patrini excusant. Notādū etiā q̄ q̄ vult eē ver⁹ prīn⁹: nō solū debet rn̄dere ȳba solita: sz̄ etiā tāgere puez̄ vñ respōsio non est de necessitate seu essentia cōpaternitatis spiritualis: sed tentio seu leuatio. Potest etiā compaternitas contrahi per procuratorem quantū ad amicitiam: sed non quantum ad compaternitatis spiritualis vinculū. vnde solus p̄curator verus compater ꝛ non cōstituens procuratorem: vt habeť de p̄curatoribz̄. ca. fi. li. vj. Deinde sacerdos accepto sctō chrysmate vngit puez̄ in v̄tice. i. in summitate capitis dicēs orationem que sequit sez̄. Deus oīpotens pater dn̄i nostri Jh̄u xp̄i qui te regenerauit ex aq̄ ꝛ sp̄ūsctō ꝛc. Circa hoc tn̄ cauendū est sacerdoti: ne puerum vngat in fronte sicut tā plures fecisse cognoui. ꝛ eos de cetero facere p̄hibui ꝛ interdixi. Nam solus episcop⁹ habet vngere in fronte in cōfirmatione. Un̄ p̄hibitū est inferioribus sacerdotibz̄ vt nunq̄z tangant frontem hominis aliqua vnctione. quoniā eis non cōpetit. De hoc expresse habeť in glosa. ij. c. quoniā in baptismo. de sen. excomunica. lib. vj. vbi dicit manifeste q̄ post baptismum sacerdos iungat ī vertice chrysmate. non aūt in fronte. quia hoc est soli⁹ episcopi. vt notatur de consuetudie. c. quanto. Prohibitio aūt ne sacerdotes inferiores iungant in frōte. habeť ī pluribus iuribz̄. vt patet de conse. di. v. ca. nouissime. Errozis aūt cām illozum sic errātium cōperi. qz̄ libroz̄ viaticoq̄z suos ipsos sic grauit decipe vidi. Nam fere omes agēde ꝛ libelli baptismales in h̄ loco sic habent. Dic

faciat sacerdos crucem in fronte Corrigat igit de cetero libros suos erroneos ne a dño corrigat: et agat priam de errore prterito Adeant aut auctoritatē ordinariā: p quā cū eis sup hmōi errore cōmisso dispēsēt. Et fit etiam ista unctio in capite: vt charitas que p spūmsctm datur abūdet semp in cordibus nris. Fm illd sapientz. Oleū de capite tuo nunqz deficiat. Ūn & Apls. Charitas dei diffusa ē in cordibus nris per spūmsctm q datus ē nobis. Ul' fit ideo in ꝓtice vt cōgscat se promotū esse in regale genus & sacerdotale: vt a chri ꝓsortio vocetur christianus: & eterni regni sit coheres. Et eriā statim regit veste vl' mitra: vt intelligat se diademate regni & sacerdotali (sicut dictuz est) potiri. Sed dubitat. Nōne iam spūsctūs datus ē baptizato in ipa aq baptismi. Respō deo q sic: sed differenter hz & ibi. Nā ibi datur ad peccatoz prteritoz remissionē. q: per ipam aspersionē aque in baptismo oia prterita peccata purgata sunt. Sed hic dat in ista unctiōe ad edificādū in corde nro dei & primi dilectionē. Consequēter dat baptizato vestis cādida q debz ita disponi vt cooperiat totū caput & oia loca unctionū. s. scapulas & pectus: fz Hugo. que candore suo figurā pfert accepte noitatis: & restitutionē innocētie: et spem future imortalitatis. Nec est em vestis in qua ad nuptias regis intrare quēlibet est necesse. Ūn sacerdos iponēdo eā dicit Accipe vestē cādidā sanctā & imaculatā. i. vite innocētiā: q tunc restituit ei quā pferas ad tribunal chri. vt habeas vitam eternā: amē. Pōt tn iste pānicul⁹ etiā fuari p alijs pueris baptizādis in eccl'ia. vt dī de cōse. di. iiij. c. si qs. vbi dr. Si qs voluerit chrysmare itez pannū linire & sup aliū baptizādū mittere: nō est absurdū. Et vltimo sacerdos tradit puero i manu lampadē: seu cereū incensum: qd significat fidei & amoris lōgitudinē. Lumē em significat fidē: sed incēsum significat fidē informatā charitatz feruoze. In manibus aūt acceptum significat bonoz operū exhibitionē. & cū tali chriō occurrere debemus ad iudiciū venienti. Et iō dicit sacerdos. Accipe lāpadē ardētē & irreprehēsibilē & custodi baptismū tuū vt cum dns ad nuptias venerit possis ei occurrere vna cū sctis & electz dei i aula celesti vt habeas vitam eternam: & viuas i seculā seculoz: amen.

De sacramento cōfirmationis.

Confirma c hr de⁹ qd opatus es in nob. Ps. lxvij. Post sacrm baptismi seqtur alid qd maior est quantū ad ministroz dig-

